

Christian VII., Dänemark, König

Leges Mensae Gratvitae In Academia Kiloniensi

[Hafniae]: [Verlag nicht ermittelbar], [1790?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1745691855>

Druck Freier  Zugang



4°

Loges
(Kiel)

1790

D. II. 2

1560.4



Df II 2
1560-4°

LEGES MENSÆ
GRATVITÆ
IN
ACADEMIA KILONIENSI.

I.

Nemo beneficio mensæ gratuitæ fruitor, nisi primum in album ciuium academicorum, deinde et in illud inscriptus sit, quod nomina alumnorum habet, denique fidem dederit, se non modo his & posthac ferendis legibus Prorektorum Inspectorumque, sed & honestis quibusuis adhortationibus mandatisque debita reuerentia esse obtemperaturum.

II.

Nemini ad mensam gratuitam aditus patebit, nisi qui tum ingenium, tum doctrinam, et testimonio doctoris, quem in schola habuit, et in examine ab ordine philosophico instituto ita probauerit, vt eo dignus habeatur.

III.

Qui ad hoc beneficium aspirat, primum paupertatem suam testimonio magistratus loci, quo vel natus, vel educatus est, comprobatam reddat, deinceps interposita conscientiae fide indicet, num stipendio, legato, alioque huiusmodi beneficio, et quo quibusue iam fruatur, vel post tres aut sex proximos menses fruatur sit.

IV.

IV.

Exteris indigenae, si simul adpetunt, praeferuntur, ipsosque inter indigenas, si magno numero confluant, attenditor prouinciarum earum aut praefecturarum praerogatiua, quae quotannis ad alimenta pecuniam conferunt. Ceterum in distribuendo mensae gratuitaе beneficio non solum maioris indigentiae, verum etiam praestantioris, quo aliquis ab ordine philosophico, superato examine, exornatus est, characteris ratio habebitur.

V.

Pro inscriptione in album alumnorum mensae gratuitaе vnus a quouis alumno Inspectori soluendus est imperialis.

VI.

Quae omnibus huius Academiae ciuibus propositae sunt, ad modestiam, pietatem, omnesque mores regundos, leges, his eo sanctius tenentur, qui hoc mensae gratuitaе beneficio fruuntur, quo certius ipsis, vbi ex protocollis publicis transgressio alicuius momenti constiterit, praeter deficientem spem impetrandae olim a benignitate Regia promotionis ad munera publica, poena remotionis a mensa gratuita immineat.

VII.

Lectiones Professorum tam publicas quam priuatas, non minus quam orationes aut disputationes publicas, pro suo quisque scopo, diligenter frequentant: quin et publicis speciminibus, siue per opportunitatem bis quotannis, ex decreto Senatus Academici, proximo ante festum diem Iohannis die Saturni, & vltimo mensis Decembris,
aut

aut si hic forsan dies dominicus sit, penultimo Decembris, habendarum orationum, siue data quavis alia occasione industriam suam probanto. In quo qui defecerint, adeoque spem profectuum ab ingenio suo segnitie fecerint nullam, ii beneficio mensae gratuita indigni habentor.

II X.

Priuata vel publica suspecta conuenticula nemo instituito motusue turbulentos excitato, nemo a suo commilitone vel pecuniae, vel seruitii quicquam exigit, quocunque id fiat titulo. Nemo infamem pennialismum aut exagitationes nouitiorum studiosorum in vsum reuocato. Qui contra fecerit publica, aut etiam infami relegatione ex Academia eiicietur, sublata insuper omni spe muneris publici aliquando in terris regiae ditionis obtinendi.

IX.

Peregre proficisci absque praescitu et assensu Inspectoris non nisi vel vacationum a consuetis Professorum lectionibus tempore, vel grauioribus ex caussis impertiendo, omnino non licet. Qui ultra octiduum non excusati et absque idonea causa abfuerint, loco suo mouentor. Igitur et ipso, cuius mentionem fecimus, vacationum tempore qui ad suos proficiscuntur, Inspectorem de vtroque et abitus et reditus tempore certiore reddant, neque ante finitas quouis semestri praelectiones abeant, neque serius redeant, quam vt nouis praelectionibus statim ab initio interesse possint.

X.

Nemo ultra biennium beneficio mensae gratuitae fruitor, nisi vel natus in aliqua provinciarum

rum, quae quotannis ad mensam gratuitam pecuniam conferunt, industria et morum probitate, vltiori extensione & mora beneficii dignus esse videatur, eamque rogauerit et impetrauerit, aut alia eandem impertiendi praegnans causa adlit.

Hae leges auctoritate **AVGVSTISSIMI ET POTENTISSIMI DANORVM REGIS** dabantur Hafniae, die vndecimo Decembris, anno millesimo septingentesimo nonagesimo.



Ad mandatum Sacrae
Regiae Majestatis
proprium.

Bernstorff. Carstens.

Schütz. Krück.

X

aut si hic forsan dies dominicus sit, penultimo Decembris, habendarum orationum, siue data quavis alia occasione industriam suam probanto. In quo qui defecerint, adeoque spem profectuum ab ingenio suo segnitie fecerint nullam, ii beneficio mensae gratuita indigni habentor.

II X.

Priuata vel publica suspecta conuenticula nemo instituito motusue turbulentos excitato, nemo a suo commilitone vel pecuniae, vel seruitii quicquam exigit, quocunque id fiat titulo. Nemo infamem pennisimum aut exagitationes nouitiorum studiosorum in vsum reuocato. Qui contra fecerit publica, aut etiam infami relegatione ex Academia eiicietur, sublata insuper omni spe muneris publici aliquando in terris regiae ditionis obtinendi.

IX.

Peregre proficisci absque praescitu et assensu Inspectoris non nisi vel vacationum a consuetis Professorum lectionibus tempore, vel grauioribus ex caussis impertiendo, omnino non licet. Qui ultra octiduum non excusati et absque idonea caussa abfuerint, loco suo mouentor. Igitur et ipso, cuius mentionem fecimus, vacationum tempore qui ad suos proficiscuntur, Inspectorem de vtroque et abitus et reditus tempore certiore reddant, neque ante finitas quouis semestri praelectiones abeant, neque serius redeant, quam vt nouis praelectionibus statim ab initio interesse possint.

X.

Nemo ultra biennium beneficio mensae gratuita frutor, nisi vel natus in aliqua provincia-
rum

